

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Pietas p
cum fontibus proximo et primo

Manipulus florum, Pietas p:

Pietas est per quam sanguine iunctis patriaeque benivolis officium et diligens tribuitur cultus.

Tullius in sua rethorica.

Fons proximus:

Sed contra est quod Tullius dicit, in sua *Rhetorica*:

Pietas est per quam sanguine iunctis, patriaeque benevolis, officium et diligens tribuitur cultus.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*, 101.1 (P. Caramello ed., p.482).

Fons primus:

religio est, quae superioris cuiusdam naturae, quam divinam vocant, curam caerimoniamque affert; pietas, per quam sanguine coniunctis patriaeque benivolum officium et diligens tribuitur cultus; gratia, in qua amicitiarum et officiorum alterius memoria et remunerandi voluntas continetur; vindicatio, per quam vis aut iniuria et omnino omne, quod obfuturum est, defendendo aut ulciscendo propulsatur; observantia, per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam et honore dignantur; veritas, per quam inmutata ea, quae sunt [ante] aut fuerunt aut futura sunt, dicuntur.

Marcus Tullius Cicero, *Rhetorici libri duo de inuentione*, 2.53.161 (E. Stroebel ed., p.148, ll.11-22).